

elles; leur cœur est à d'autres objets; et le cœur n'est susceptible de l'un amour; il ne se partage point entre l'amour de Dieu et l'amour des choses sensibles. On ne sert point deux maîtres, c'est J.-C. lui-même qui a prononcé cet oracle; et qui connaît mieux que lui la nature du cœur humain ?

VERSET 56.

Ceci n'est point une imprecation contre les ennemis de Dieu; c'est l'expression du désir qu'a le Prophete de voir le péché et l'iniquité bannis de la terre. S. Paul disait: *Que celui qui n'aime pas notre Seigneur Jésus-Christ, soit anathème.* Il ne voulait pas la destruction des ennemis de J.-C., mais l'extinction de leurs sentiments pervers.

Le Prophete termine son Psaume comme il l'a commencé: *O mon âme, bénissez le Seigneur.*

REFLEXIONS.

Une âme bien pénétrée de l'amour de Dieu, désire

1. Halleluia. CIV.

Hebr. CV.

2. Confitemini Domino, et invocato nomen ejus; annuntiate inter gentes opera ejus.
3. Cantate ei, et psallite ei; narrate omnia mirabilia ejus.
4. Laudamini in nomine sancto ejus; letetur cor quierentium Dominum.
5. Querite Dominum, et confirmamini; querite faciem ejus semper.
6. Mementote mirabilia ejus, que fecit; prodigia ejus, et judicia oris ejus.
7. Semen Abraham, servi ejus; filii Jacob electi ejus.
8. Ipse Dominus Deus noster; in universa terrâ judicia ejus.
9. Memor fuit in seculum testamenti sui; verbi quod mandavit in mille generationes;
10. Quod disposuit ad Abraham; et juramenti sui ad Isaac.
11. Et statuit illud Jacob in preceptum, et Israel in testamentum æternum.
12. Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestre.
13. Cum essent numero brevi, paucissimi, et incolæ ejus.
14. Et pertransierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.
15. Non reliquit hominem nocere eis; et corripuit pro eis reges.
16. Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.
17. Et vocavit famem super terram, et omne armamentum panis contrivit.
18. Misit ante eos virum; in servum venundatus est Joseph.
19. Humiliterunt in compedibus pedes ejus; ferum pertransiit animum ejus, donec veniret verbum ejus.
20. Eloquium Domini inflammavit eum; misit rex et solvit eum; princeps populorum, et dimisit eum.
21. Constituit eum dominum domus sue, et principem omnis possessionis sue.
22. Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, et senes ejus prudentiam doceret.

que la terre soit purgée de tous les crimes, que l'iniquité cesse de faire ses ravages dans les races humaines. Tous les saints ont été extrêmement touchés de l'aveuglement des pécheurs, ils se sont offerts comme des victimes d'expiation pour les égarements de leurs frères. Ils n'ont eu horreur que du péché, et la vie leur était pénible et douloureuse à cause des outrages qu'on lui fait sans cesse à la majesté divine. Le péché en effet est quelque chose d'étonnant, ou le commet en la présence de Dieu, dans le sein de Dieu, en abusant des dons de Dieu. On le multiplie à l'infini, et toute la vie se passe dans l'exercice continué de la haine et du mépris de Dieu. Que trouve-t-on à la fin de cette carrière toute de crimes? le moment terrible de Dieu, ses vengeances, ses foudres; plus de bienfaits, plus de miséricorde, plus d'amour, plus de lenus pour rappeler son âme, pour l'avertir de *béniir le Seigneur.*

PSAUME CIV.

1. Reconnaissez la grandeur de Dieu, et invoquez son nom: faites connaître ses œuvres aux nations.
2. Célébrez-le par vos chants et sur vos instruments: racontez toutes ses merveilles.
3. Glorifiez-vous dans son saint nom: que le cœur de ceux qui cherchent le Seigneur, soit dans l'allégresse.
4. Cherchez le Seigneur, et fortifiez-vous: cherchez sans cesse sa présence.
5. Souvenez-vous des merveilles qu'il a opérées, des prodiges (de sa puissance) et des jugements étonnés de sa bouche.
6. O vous, postérité d'Abraham, son serviteur; ô vous, enfants de Jacob, qui êtes ses fils.
7. Le Seigneur lui-même est notre Dieu: ses jugements (ou ses droits) s'étendent à toute la terre.
8. Il s'est toujours souvenu de son alliance, de la promesse qu'il a donnée pour être accomplie durant le cours de mille générations.
9. Il s'est souvenu de l'alliance qu'il a contractée avec Abraham, et du serment qu'il a fait à Isaac.
10. Il l'a confirmée à Jacob par un décret (immuable), et à Israël par une loi éternelle.
11. En disant: Je vous donnerai la terre de Chanaan pour être partagée entre vous, comme votre héritage.
12. Il leur tint ce discours, lorsqu'ils étaient en très-petit nombre, comme réduits à rien, et étrangers dans ce pays.
13. Ils passèrent de nations en nations, et d'un royaume à l'autre.
14. Dieu ne permit pas qu'on leur fit aucune injure, et en leur faveur il reprit les rois mêmes.
15. Gardez-vous (leur dit-il) de toucher à ceux qui me sont consacrés, et n'entreprenez rien contre mes prophètes.
16. Il appela la famine sur la terre, et il détruisit tout le pain, ressource ordinaire de l'homme pour sa nourriture.
17. Il envoya devant eux un homme (intelligent); Joseph fut vendu comme un esclave.
18. On resserra ses pieds dans des entraves; la douleur de se voir enchaîné affligea son âme, jusqu'à ce que les prédictions qu'il avait faites fussent accomplies.
19. L'inspiration de Dieu l'enflamma: le roi envoya vers lui, et le délivra; le maître de ces peuples le mit en liberté.
20. Pharaon l'établit maître dans sa maison, et il lui donna tout pouvoir sur ses états.
21. Afin que Joseph instruisit les grands de ce royaume comme il était instruit lui-même, et qu'il enseignât la sagesse aux vieillards de cette nation.

25. Et intravit Israel in Ægyptum, et Jacob accola fuit in terrâ Cham.
26. Et auxit populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos ejus.
27. Converterit cor eorum, ut odirent populum ejus, et dolui facerent in servos ejus.
28. Misit Moysen servum suum; Aaron, quem elegit ipsium.
29. Posuit in eis verba signorum suorum et prodigiorum in terrâ Cham.
30. Misit tenebras, et obscuravit, et non exacerbavit sermones suos.
31. Converterit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.
32. Eddidit terrâ eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.
33. Dixit, et venit eynomyia et ciniphes in omnibus finibus eorum.
34. Posuit pluvias eorum grandinem, ignem contrivit lignum finium eorum.
35. Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum, et contrivit lignum finium eorum.
36. Dixit, et venit locusta, et bruchus, cujus non erat numerus.
37. Et comedit omne fœtum in terrâ eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum.
38. Et percussit omne primogenitum in terrâ eorum, primitias omnium laboris eorum.
39. Et edidit eis cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus.
40. Latata est Ægyptus in protectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.
41. Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem, ut luceret eis per noctem.
42. Pelierunt, et venit coturnix, et pane cœli saturavit eos.
43. Diripuit pétram, et fluxerunt aquæ; abiierunt in siccâ flumina.
44. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.
45. Et eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in lætitiâ.
46. Et dedit illis regiones gentium; et labores populorum possederunt.
47. Ut custodiunt justificationes ejus, et legem ejus requirunt.

COMMENTARIUM.

VERS. 41.—HALLELUIA (1). Halleluia postea à Se-

(1) Que vox in fronte hujus Psalmi legitur apud Septuaginta et Vulgatum, apud Hebræum ad calcem superioris habetur. Fuere olim, qui duplex *halleluia* hic ponendum docerent, alterum in calcem superioris, alterum in fronte præsentis; ac certissimi principii loco illud ponebant, Psalmos, quibus *halleluia* in fine deceret, neque in fronte habere; quosdam tamen esse, qui in fine haberent, minima vero in fronte. Hæc tamen dogmata incertissima sunt: at, certa sunt, quod Psalmi explicationem jurant, cujus vel in fronte vel in calcem *halleluia* legatur?

Dubius vocibus constat *halleluia*, ex *hallelu*, laudate, et *uia*, Dominum. Aliud etymon scrutatur

22. Alors Israël entra dans l'Égypte, Jacob demeura comme étranger dans la terre de Cham.
23. Dieu y multiplia extrêmement son peuple, et le fortifia beaucoup plus que ses ennemis, (ou le rendit plus puissant que ses ennemis).
24. Il changea le cœur des Égyptiens au point qu'ils commencèrent à haïr son peuple, et à user de fraude contre ses serviteurs.
25. Il envoya son serviteur Moïse; et il envoya Aaron dont il avait fait choix.
26. Il mit dans eux la puissance d'opérer des signes et des prodiges dans la terre d'Égypte.
27. Il envoya des ténèbres, il répandit une obscurité (générale), et il ne fit point alors de menaces (à Pharaon).
28. Il changea leurs eaux en sang, et il fit mourir leurs poissons.
29. La terre produisit (par son ordre) des grenouilles qui infectèrent les appartements même de leurs rois.
30. Il dit, et il naquit un nombre infini d'insectes et de mouches, dans toutes leurs contrées.
31. Il fit tomber la grêle en aussi grande abondance que la pluie; et un feu dévorant ravagea leur terre.
32. Il frappa de cette grêle leurs vignes et leurs figuiers; il brisa les arbres plantés dans toutes les contrées de ce royaume.
33. Il dit, et virent des sauterelles et des hannetons sans nombre.
34. Ces insectes dévorèrent toute l'herbe de leurs campagnes, et firent périr tous les fruits de leur terre.
35. Il frappa ensuite tous les premiers nés du pays, toutes les premières des familles, (ou toutes les premières des récoltes qu'ils espéraient de leurs travaux).
36. Il tira enfin les Israélites chargés d'or et d'argent; et il ne se trouva point de malades dans leurs tribus.
37. L'Égypte se réjouit à leur départ, parce que la peur que les Égyptiens avaient d'Israël, était extrême.
38. Il étendit une nuee pour les couvrir, et il fit briller des feux pour les éclairer pendant la nuit.
39. Ils demandèrent, et des caillies vinrent en abondance: ils demandèrent, et ils furent rassasiés d'un pain céleste.
40. Il ouvrit la pierre, et les eaux coulérent; un fleuve se répandit dans ces lieux arides;
41. Parce qu'il se souvint de la parole sainte qu'il avait donnée à son serviteur Abraham.
42. Il tira son peuple (de l'Égypte) plein de joie, il délivra ses élus remplis de sentiments d'allégresse.
43. Il leur donna les pays habités par les nations, il les mit en possession des terres cultivées par les peuples (de Chanaan);
44. Afin qu'ils gardassent ses cérémonies, et qu'ils fussent fidèles à s'occuper de sa loi.

S. Athanasius, constatque docet ex *Al*, Deus, et, fortis, *uia*, robustus. Qui hoc etymon sanctissimo Patri vendidit, Hebraicæ profectò ignorabat. Addit, tradidit à Patribus sententia Terri, angelos in oculis canere *halleluia*; Cherubim vero, Sanctus, Sanctus, Sanctus, ingeminare. Præter vocis significationem, *halleluia* quoddam acclamationis genus sonat, orationemque, quam grammaticæ satis exprimit nequeunt: quàmobrem veteris Testamenti interpretes intactam reliquerunt, et Ecclesiæ istam sensu inter precandi formidat usurpavit.

Scriptus est Psalmus, vel saltem priores duo et viginti versiculi, à Davide, cum arca et ædibus Obedi-

riorem concluserunt. Septuaginta, ne hic esset sine titulo, maluerunt ad hunc pertinere, quod ad Deum laudandum invitaret à beneficiis populo suo collatis, quibus præcipue eum è populo exiguo amplissimum et potentissimum constituit. *Halleluia* enim, quod hic primum occurrit, duobus propriè vocabulis, usque ad Psal. 145, ubi deinceps unica erit vox et integra, tam in principis Psalmorum quam finibus, composita videlicet à duobus integris, nullo interposito maccaph: *Laudate Deum cum júbilo, lætitiâ et cantu, sive, jubilate Deum*, sonat. Unde in cœlo auditur, ubi omnia cantica sunt læta, et perpetuum est halleluia, Apoc. 19, v. 4, et in Ecclesiâ læta duntaxat temporibus canitur jam ab apostolico seculo, ut in Paschate, apud Augustinum, Epist. ad Casulanum, et in Psal. 106, Victorem, de Pers. Vand., ubi vocatur *Alluciatum melos*, Hieronymum, epist. 17, ubi *carmen musicum rusticorum*;

domi in paratam Sionis tabernaculum delata est. Hoc perspicue tradunt Paralipomena, ubi idem hic Psalmus legitur, ad ea usque verba: *Et vocavit famem super terram*. Eodem Paralipomenon in loco, post ea verba: *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari*, que hic sunt v. 15, totus legitur Psalmus 95.

Post Babyloniam captivitate, in secundi templi dedicatione, eundem hunc Psalmum, qui translata in Sionem arcâ dictus est, recitatum esse arbitramur; additum vero Psalmi conclusionem, quâ brevi compendio ea colliguntur quæ Deus in populi sui gratiam usque ad promissæ regionis ingressum egit. His conjungere Psalmos 105 et 106 ejusdem argumenti et occasionis. Hoc Psalmo Dei prodigia et beneficia erga Israeliam recitantur; quinto et centesimo Israelitarum pericula, scelera et poena; centesimo sexto gratiæ aguntur Deo ob solutam captivitate, cuius libertatis descriptio jungitur. (Calmei.)

Hujus Psalmi primi versus quinquaginta etiam inchoant eum Psalmum, qui refertur 1 Chron. 16, 8, 22, et ibi, post constitutos cantores novos, primum à Davide Asapho datus scribitur, qui post introductam arcam in Zionio accineretur. Sicut igitur, si hic centesimus quintus totus ibi et solus perscriberetur, non esset res dubia hunc Psalmum et initium Zionii factum, et primum ibi à cantoribus novis decantatum esse; ita nunc, quòd initium tantum, usque ad versum 15, ibi recitatur, et reliqua fermè omnia Psalmi illius qui est in libro Chronicorum, in Psalmo 96 scripta existant, atque insuper, qua in hoc nostro post versum 15 usque ad finem leguntur, nova sit prosè, et quorum verbum nullum est in Psalmo Zionio 1 Chron. 16, planum mirum hoc fit, hunc Psalmum 105 neque esse Davids, neque enim qui in Chronicorum libro perscriptus legitur, sed initium tantum Davidici illius habere, usque ad versum 15, reliqua autem ab alio autore ad Davidica illa atexta esse; ideoque, etiamsi quinquedecim versus Davidici sunt, propter sequentia tamen non potuit Davidis nomen carmini perscribi, id quod et hæc de causâ non factum est in nonagesimo sexto, cuius tamen pleraque sunt Davidica. Dubitari autem vis potest, hunc etiam Psalmum eadem occasione factum, quâ in Græcâ Alexandrinâ translatione annotatur factus 96; id est, hunc etiam in templi illius secundi initium et consecratione hujus decanatum, et ex Davidico illo, qui est 1 Chron. 16, quinquedecim primis versus ad secundi templi consecrationem à rhapso, propter argumenti et occasionis similitudinem assumptis esse, quibus postea, que sequuntur de suo atteritur. Cæterum hunc Psalmum cum eo carmine quod in Chronicorum libro exstat, contulit et illustravit C. B. Redding in Observat. philologico-crit. de Psalmis bis editis, p. 82, seqq. (Rosenmüller.)

imò à propheticis: nam ejus canendi usum in Ecclesiâ ex Aggeo propheta manare, qui primus illud cœcinerit, cum novam structuram templi vidit, testatur Epiphanius, de Viis Prophet., idque secundum Tobiam prophetiam, Tob. 13, v. 22. Quod annoto propter istos qui simpliciter interpretantur: *Laudate Deum* (eum, qui est, propriè) nam *halal*, vel potius *hillel* in piel, plus significat, ut proinde Justinus Martyr, q. 50 ad Orthod., eleganter representârit per, *superioris arcâ piteus vò èv*, et Hebræi *halal* perisque locis exponant *shamah*, *letatus est*, maxime veteres, ut Thalmudici apud Kimhi in Psal. sequentem. *Hillula* enim appellat lætitiâ, gaudium, *beth hillula* domum gaudii, domum genialem, et aliquando *thalamum*, locum nuptialium sponsi et sponse, ut à Mose dicuntur, Lev. 19, v. 24, *hillulim*, gaudia. Quare Psalmi hujus inscriptiones sunt de rebus lætis, et respiciunt ad Messiam et Ecclesiam, vel alterutrum. Itaque majores vocem primitivam retinere maluerunt, quam non satis emphaticè uno verbo exprimere. Lege Hieronymum ad Marcellam epist. 157. Masoretas autem dixi, non Hebræos, quoniam illi non modò auctores punctorum vocalium existerunt, verum etiam accentuum et notularum distinguendum, cum ante eos universa Scriptura unus esset pasue, sive versus, id est, careret expressis distinctionum notis, ex Rambam et Eliâ, ut idcirco sæpius hallucinati sint, discedendo à rectiore Septuaginta, Chaldei, Thalmudicorum et veterum Rabbino-rum judicio, quemadmodum quotidie fit, dum minores se sapientiores et ingeniosiores majoribus autunt.

VERS. 2. — ANNUNTIATE INTER GENTES OPERA EJUS, nota facite, *inter gentes*, id est, ò vos gentes, ò vos externi, de quo supra, Psal. 9, v. 4. *Opera ejus*, præcipue ea que perpetua historica narratione commemorabis, de mirabilibus Dei beneficiis erga suum populum, ut Deut. 29, v. 2, 3, 4.

VERS. 5. — CANTATE EI, (OP) ET PSALLITE (MENTO ET INSTRUMENTIS MUSICIS); NARRATE (SINE COPULÂ AD VEHEMENTIAM EXHORTATIONIS) MIRABILIA, que fecit creando, conservando, liberando, ea autem presertim, que Israelitico populo præstitit, Deut. 7, v. 6, 7, 8, et 29, v. 2, 5, 4.

VERS. 4. — LAUDAMINI IN NOMINE SANCTO EJUS (1); gloriamini ejus nomine; eo lætamini, enim laudate, ut supra, Psal. 35; id est, laudate nomen sanctum ejus, ut habetur in 1 Paral. 16, 10, ubi hic psalmus legitur usque ad vers. 18.

VERS. 5. — QUÆRITE DOMINUM, ET CONFIRMAMINI: forti et constanti estote animo ad eum querendum; vel, more linguæ, imperf. pro futuro: Et confirmabimini robustique efficiemini. Scio Masoretas legere nominaliter

(1) Ille gloriatur in Deo, qui ejus liberalitati acceptum refert quicquid predicabile et gloriandum se habere existimat. Fortitudinem Dei querit, qui perspectâ inanis virum suarum, se ac sua omnia potentissimi nominis tutelæ presidio committit. Faciem Dei semper querit, quisquis ante omnia studet ut omnibus in rebus potentiam, bonitatem et sapientiam illius contempletur, eumque presentem ac propitium semper habeat. (Flaminios.)

per holam, *vehazzo*, et *fortitudinem ejus* (*quærit*), per quam nonnulli arcam fœderis intelligunt, in qua se Dei virtus declarabat, 5 Reg. 8, 12, ut supra, Psal. 77, v. 61: *Tradidit in captivitate fortitudinem eorum*, de arcâ à Philistæis bello captâ. Verum *vehazum*, per shorce in imperativo kal, non minus quadrat. FACIEM EJUS, eum, ejus conspectum, favorem et gratiam; præsentiam Dei, Augustinus. Alii, Christum, qui Dei est facies et imago expressissima. Alienius Kimhi arcam fœderis etiam hic intelligit. De hoc idiotismo alibi diximus. Nam honoris causâ Deum circumloquuntur.

VERS. 6. — PRODIGIA EJUS ET JUDICIA ORIS EJUS. Prodigiorum et judiciorum ejus mementote, per zeugma, et regiminis sive syntaxeos variationem. Prodigia appellat miracula, que patravit in sui populi liberatione; judicia, legem et præcepta ore suo tradita per Moysen; vel supplicia, que edidit ex oris sui sententiâ in Pharaonem, ut eadem sint cum prodigiis.

VERS. 7. — SEMEN ABRAHE FILII EJUS. Vocativi casus: ut jam sit apostrophe ad Judæos: O semen Abraham, cultores ejus, ò filii Jacob, quos repudiatio Esau elegit. *Servi enim et electi*, in Græco sunt nominativi plurales, *δούλοι υἱοὶ, καὶ ἐλεκτοὶ υἱοῦ*. Appositorie ad *semen et filii*. Item in Hebræo saltim posterius. Nam *behiran* habet iud symbolum pluralis masculini, ut vers. 45. Indicat non naturâ aut meritis Israelitas populum esse Dei, sed solâ electione, Rom. 9, 8, 9, 10, 11.

VERS. 8. — IPSE DOMINUS DEUS NOSTER, est sup. JUDICIA, exempla et argumenta omnipotentia, bonitatis et veritatis sive fidei; prodigia et miracula, ut supra, vers. 6.

VERS. 9. — MEMOR FIT IN SECULUM, in perpetuum. VERBI, testamenti, appositorie verbi, vel, rei (nam *davar* est transcendens) quam in perpetuum esse jus sit, quam promisit in *mille*, id est, multas ætates; vel omnes et infinitas, propter numeri multitudinem et perfectionem. Non solum enim à tempore Abraham, usque ad nos facta est promissio, verum ab ipso etiam Adam in omnem posteritatem. Arnobius ad mille generationes gentium, que è tribus filiis Noe propagatæ sunt. Sumit generationem pro propagatione et sobole. Ad *dor*, ætas potius et seculum, sive homines alicujus seculi.

VERS. 10. — QUOD DISPOSITUS AD ABRAHAM, quod pepigit cum Abraham, Gen. 12, 5 et 17, v. 19 et 18, 18. ET JURAMENTI CUM ISAAC, memor fuit, per zeugma. Gen. 26, 3. *Ad pro* de exponit Kimhi, 1 Paral. 16. *Memor fuit juramenti Abrahæ facti super Isaac, non super Ismaele, vel filius Cethurae*, Gen. 17, 19 et 18, 18 et 21, 2. *In Isaac vocabitur tibi semen. Juramentum autem istud factum est in figatione Isaac*, Gen. 22, 18.

VERS. 11. — ET STATUIT ILLUD, stabilivit, vel constituit. *Jacob, Israel*, sunt dativi casus, et pertinent ad personam Jacob, sive Israel filii Isaac, cui renovatae sunt promissiones de possidendâ terrâ Chanaan, Gen. 27, 28 et 29, et nascituro ex ipse semine, Gen. 28, 14. Ne quis putet summi patronymicè, ut sæpè aliis,

pro Jacobæis sive Israelitis. IN PRÆCEPTUM, pro lege et statuto, in vim legis, ne præter ipsum alium Deum colerent, et ipse vicissim nullam gentem aliam haberet æquè charam et penitentem.

VERS. 12. — DICENS: TIBI DABO TERRAM CHANAAN, eorum trium patriarcharum unicuique. Nam singularis repetita sunt promissiones, ut supra, Psal. 3, 8. Quare mox mutato numero. VESTRE FUNICULUM, in funiculum. Non enim est appositio, sed accusativus transitionis, de quo supra, Jos. 15, 14, 15, Ezech. 47. Metonymicè, partem, quâ hæreditates funiculis memoris dividebantur; id est: Tibi dabo, ò Abraham, ò Isaac, ò Jacob, terram Chanaan pro parte hæreditatis vestre, Gen. 12, 7 et 15, 14 et 15, 18 et 26, 4. Navit Kimhi, 1 Paral. 16 (nam illic quoque reperitur usque ad vers. 17), esse appositionem et apostropham ad Israelitas: *Eis dixit, tibi dabo, ò Israelita, terram Chanaan, que quidem est portio hæreditatis vestre, portio quam hodie possidetis*.

VERS. 15. — CUM ESSENT NUMERO BREVI, exiguo et paucio numero. Hebræicè, *melche mispar*, id est, viri numeri, viri quos facile erat numerare, ut qui delinquerent Abraham, Isaac, Jacob, et septuaginta animabus, que cum Jacob descenderunt in Ægyptum, Gen. 36, 26, Exod. 1, v. 5. Nam initio hæc tota patriarcharum familia, cum eorum uxoris. Et incolæ, peregrini terre Chanaan. Erant enim oriundi è Chaldæâ et Mesopotamiâ. Exaggeratio gratiæ et beneficii. Nam non poterant tantam occupandam assequi: primum, quòd essent nimis pauci ad occupandam tam amplam terram; deinde quòd peregrini et externi sine ullo illic pedis, fortunarum, dignitatis vestri.

VERS. 14. — ET PERTRANSIERIT DE GENTE IN GENTE, de Chaldæâ in Mesopotamiâ, Chanaanem, Palestinam, Ægyptum, etc., frequenter transmigrantes, Gen. 12, 6, 7, 8 et 20, 1, 2, etc., Hebr. 11, 8, 9, 10, etc.

VERS. 15. — NON RELIQUIT HOMINEM VOCERE EIS, non permisit eos è quorum opprimi et lædi. CONFRUIT, increpavit, castigavit propter eos reges Ægypti et Palestina Pharaonem et Abimelech, Gen. 12, 17, etc., dicendo supple quod sequitur.

VERS. 16. — NOLITE TANGERE CHRISTOS MEOS (1), re-

(1) Meosque prophetas injuriis ne afflicto. Perspicuo ac mirifico sæpè patrocinio tutatus est patriarchas Deus. Abimelechum, regem Geraræ, qui Soram, Abrahami uxorem, sororem credens, rapuerat, gravissimè arguit: ejusque rei causâ Ægypti regem morbo afflicto. Eadem ratione tutatus est Isaacum Deus; tamque perspicuus Dei beneficiis ille cumulatatur, ut Abimelech Geraræ rex illum oraverit, sua è ditone discederet, quòd se ipso opulentiorem crederet: amicitias cum illo iunxit; ipseque Isaac inter impia feramque gentem pacifice et suavissimè vixit. Neque minus luculentè adfuit Jacob Deus adversus fratrem, socerum, et Chanaanem, postquam Simeon et Levi illius filii Siciem depopulati sunt.

Christi Domini uncapantur hoc loco patriarchæ, non regiæ potestatis causâ, quam in domiciliis sui regione exercuerint, aut regiæ unctiois, quâ fuerint inaugurati, sed divini amicitie et beneficiorum causâ quibus Deus illos prosecutus est, ut proprie ipsi

ges et principes meos, id est, à me constitutos, et quasi inunctos. Adde patriarchas fuisse unctos oleo invisibili, id est, Spiritu sancto, et ejus gratia, ob quam unctio nem et nos dicimur Christi sive Christiani. Patriarchas inter exteros populos, principes et magnos constitue rat, adeo ut illi eorum ambirent affinitates et foderat, atque si magni fuissent reges. Hinc enim filii Heth, Gen. 25, 6, ad Abraham: *Principes Dei est apud nos*, qualem et eum de cæde quatuor regum revertentem agnoscent, et prædicant reges Sodomæ, et Gomorrhæ, et Melchisedec, et Abimelec rex Philistinorum cum eo fedus in sempiternum iungens, quod postea renovat cum Isaac filio, Gen. 14, 17, 18, et 21, 50, 51, et 28, 50, 51. Quantum ad Jacob, cum ipse prolifesceret de urbe Sichem, à filiis direpta et vastata, terror Dei invasi omnes per circuitum civitates, nec sunt nisi persequi recedentes, Gen. 35, 5. Ismael autem et filii alii Abrahæ ex Cethurâ, itemque Esau nepos, solo respectu sanguinis et familie, sese per conjugia inse ruerunt in principes familiâ Syria, Arabia, Æthiopia, ac earum rexerunt populos, relictis in multa secula filiis regibus et ducibus, Gen. 25, 14, et 36, 1, 2, 5. In PROPHEtis. Nam Abraham vocat Prophetam Deus, Gen. 20, 7; et Isaac de sua posteritate prophetizat, Gen. 27, 28, 29; et Jacob moriens mira vaticinatur de Christo et posteris, Gen. 49, 10, 11. Denique hi omnes viderunt diem Christi, et gavisus sunt, quod non contigit sine prophetiæ facultate et dono. Adde Deum sæpe eis collocutum, et apparnisse, et ingentia reve lasse. MALICIASI, male facere, nocere.

VERS. 17. — ET VOCAVIT FAMEM SUPER TERRAM (1).

rum virtutis ac præstantiæ, divine electionis, quæ di vine servituti addecebantur, federisque inter Deum et ipsos iunctæ, ac denique sacerdotii ac prophetici muneris, quo Dei nomine fungebantur; utraque enim hæc di gnitas, nihilominus quam regia, unctio nem postulat. Illi certè altaria condidit, Deoque victimas mactave runt. Abraham in Genesi conceptis verbis Propheta dicitur, non secus atque hic: *In prophetia mea nolite malignari*. Vaticinatus est Isaac, cum Jacobo benedixit, Jacobum sua ipsius de filiis paulo ante mortem vati cina prophetam demonstrant. Se illis frequenter vi dendum præbuit Deus, suaque illis consilia, futurasque res aperuit: quæ omnem nullus dubio locus superest, utrum veri prophete fuerint; et utraque hæc vox, *Christi et Prophete*, hoc loco idem fortassè signifi cant.

Neque me latet, fuisse inter veteres, qui Abrahamum Damasci imperitias crediderint. Precentis dicebunt et octo duces illi tribuit Josephus, singulos legenti militum numero præfatos. At major certè debetur Scripturæ, quam historicis fides. Quamvis Abrahamo minores non essent, quam perisicæ Chanaanorum regibus opes, quorum imperium urbis unius menibus elaudabatur; illud tamen certò certius est nullum fuisse Abrahamo regnum, provinciam, urbemve, ubi auctoritatem exerceret. Abrahami opes greges erant et servi; nemini unquam, præter familiares, imperavit.

(Calmet.)

(1) Cognitio earum rerum quæ attinguntur his ver bis, maximum solatium præbere debet hominibus piis in calamitate. Promiserat Deus terram Chanaanorum familie Abraham; sed antequam illa promissum consequeretur, penè fame enecta, in Ægyptum fugere, et durissimum, maximeque diuturnam servitutem apud barbaros servire coacta est. Idem Josephum eo con silio præmisit in regionem illam, ut dignitate regi pro

Sic loquitur Scriptura, ne quis eam attribuat nature, vel foto, vel casu. Est enim unum de Dei flagellis, 4 Reg. 8: *Vocabit Dominus famem, et veniet super terram, annis septem*. OMNE FIRMAMENTUM. Hebraice, *col mathe*, omnem laculum et virgam propriè, robur omne, id est, omnia legumina, vel omnem cibum, quo sustentatur, et alitur homo, fregit et sustulit, ut maxima fames or hem invaderet, per septennium, Gen. 41, 51, 52. Sic loquitur Moyses, Levit. 26, 26: *Confringam baculum panis vestri*, id est, fulcrum, robur (Isai. 5, 1), quia panis cor hominis firmat, vel calamus, spicam jam firmam, et propè maturam. Unde calamitas, quasi cala miorum fractio.

VERS. 18. — MISIT ANTE EOS VIRUM. Præmisit illis Joseph in Ægyptum, qui patris et fratrum victori pro spiceret, pravis horum consiliis in finem commodum et salutarem usus: *In conversationem misit me Deus anteros*, Gen. 45, 5. Est autem hysteron proteron; nam Joseph prius fuit venditus, quam fames venerit; nul lum periculum Ecclesiæ solet accidere, quin Deus ante providerit, et procurarit modum conservationis et salutis. In SERVUM VENUSATUS, primùm Ismaelitis, deinde Putiphari regis eunucho, Gen. 37, 27, 28 et 36.

VERS. 19. — HUMILIAVERUNT IN COMPEDIBUS, afflicto rum propriè. FERRUM, ferreis vinculis ejus personam tentaverunt, conjiciendo in carcerem, Gen. 39, 20. Anima pro totâ personâ, per synecdochen, ut alibi, Gen. 46, 27: *Septuaginta anime descendunt in Ægyptum*. In fonte est alius tropus: *In ferrum venit anima ejus*. VERBUM EUS, Dei, passivè. Verbum sive decretum Dei de eo evchendo; q. d.: Hæsi Joseph in carcere, quoad tempus à Deo constitutum appare ret et exaltaretur. Vel ipsius Joseph: activè. Verbum, quod ipse Joseph dixerat, referens fratribus et patri somnia à se visa de futurâ suâ magnitudine, donec tempus veniret, quo verbum illud impleteret, Gen. 37, 7, 8. Aliqui, verbum prophetiæ ejus, factum ad pis torum et pincernarum regionum magistros, Gen. 40, 12 et 15.

VERS. 20. — ELOQUIUM DOMINI INFLAMMAVIT EUM, veluti excoxit et igne exploravit eum verbum Domini. Nam eloquium, sive oraculum Dei per insonia causa fuit ut probaretur, et coqueretur igne tribulationis, dum propter illud à fratribus est venditus, indeque passus cætera que in Genesi memorantur per annos tredecim, quousque anno ætatis trigesimo Ægypto præficeretur. Anno enim vitæ decimo septimo fuit venditus, apud Putipharem mansit annum unum, in carcere duodecim, et Seder Olam. Vel, *eloquium Do*

ximus evaderet, neque familiam suam modò, sed univ ersam Ægyptum ab imminente exitio tueretur; sed vide quam duris initiis et progressionibus adolescen tem sibi charissimum ad eum honorem, potentiamque perduxerit. Hæc intelligens vir pius, cui vita beata et immortalis promissa est à Deo, tum maxime spe *be nâ*, bonoque animo esse debet, cum maxime calami tosus est: solet enim summus ille Pater ad inferos de jicere, quos cædo donare constituit, contraque impios ad breve tempus in sublime tollit, ut graviore casu decidant in miseria sempiternas. (Flaminius.)

mini, id est, metonymicè, eloqui Domini observatio perdidit eum; præceptum, lex divina fuit causa cur probaretur, et veluti igne examinaretur: nempe, quia studiosus erat verbi Domini et præceptorum ejus, per secutionem est passus à fratribus, Ægyptiis, hero, herâ, etc. Si fuisset impius, nihil ei fortassis tale contigisset. Sed Dominus fecit cum tentatione preventum. Docet Deum ad ipsius probationem hæc ei calamita tem immississe. REX, Pharaò, qui mox *princeps popu lorum*, Ægypti scilicet, Gen. 41, 1, 4, 15. SOLVIT EUM, è compedibus et ferro, et emisit è carcere, laxavit propriè.

VERS. 21. — ET PRINCIPEM OMNIS POSSESSIONIS SUE, suarum rerum et ditiorum gubernatorem, Gen. 41, 40.

VERS. 22. — UT ERUDIRET, ut vinceret, propriè alligare, castigare, coerceret corruptelam auticam, et reduceret ad moderationem atque virtutem, quâ ipse erat præditus, Gen. 42, 6. Hoc enim significatur per, *sicut semetipsum*. Ut eos instar sul doerit, ut virtutis, quæ erat in ipso, studiosos efficeret. Nam legitur per 2, *erat in ipso*, studiosos efficeret. Nam legitur per 2 metonymicè, *in animâ suâ*, id est, pro suâ ipsius voluntate et arbitratu, principes cogeret, accepta etiam potestate illos in vincula conjiciendi. Quò etiam inclinare possit nostra versio. Præposuit eum ante: sive ut principes erudiret et castigaret, et consiliarios efficeret sapientes, tantâ erga illos libertate, quantâ erga semetipsum. *Asar* idem esse possit quod *iasar*, ex mutâ permutatione litterarum. *Ehewi*, *erudit*, *docuit*, non *figavit*, de quo supra, Psal. 95, v. 11. SENES ERIS, senatores, consiliarios et magistratus.

VERS. 23. — ET INTRAVIT ISRAEL JACOB, patronymicè Israelite et Jacobel, Gen. 46, 6, 7. INCOLA FUT, peregrinatus est in terrâ Cham, patris Mixraim, à quo Ægypti, Gen. 10, 15, id est, in Ægypto.

VERS. 24. — AUXIT POPULUM SUUM VEHEMENTER, multiplicavit, fecundavit, Exod. 1, v. 7, ut cum initio descendis vix essent septuaginta, in exilii post 400 annos, vel, juxta alios, ducentis decem, sexcenta arma torum millia explerent, et totidem parvulos et mu lieres secum in terram Chanaan ducerent. SUPER, præ, plusquam. Eum supra ipsius hostes auxit et multipli cavit; fortiorum eum, vel numerosiorem fecit (utrum que vox Hebræa, *vaiahat simelhu* patitur, pro quâ nos, *et firmavit eum* (inimicis ipsius Ægyptiis)). Hic incipit historia Exodi.

VERS. 25. — CONVERTIT COR EORUM, UT AUDIRENT (1), præ honorum copiâ, quibus suum populum afficiebat, animos illorum ad suorum odium convertit. Non qui

(1) Vide quid agat providentia Dei; odia barbaræ gentis incitavit in Judæos innocentes, ut crudelitas impiorum illustrem et gloriosam reddat potentiam et misericordiam suam. Itaque cum illi omnibus rebus aspernâ tractarentur ab Ægyptiis, neque ulla spes ostenderetur melius fore, Moses et Aaron à Deo mitantur, qui edis inauditis prodigiis, et universâ Ægypto maximis calamitatibus vexatâ, gentem suam servitutem liberarent, etiamque ad optima Syria partem tradu cerent, quam ipse olim familie Abrahami se promise rat assignaturum. (Flaminius.)

dem infundendo malevolentiam et odium, sed multi plicando et ornando populum suum, cui Ægypti invidebant, sicque provocando eorum invidiam, suâ erga populum beneficentia. Hoc enim pendet è superiori bus. Itaque Deus hic causa est odii per accidens, con secutionem occasionem, non per se propriè. Hinc Augustinus ad hunc locum: *In eo quod populum suum multiplicavit, hoc beneficium suo malis ad inadvertentiam convertit*. Et post: *Non itaque cor illarum spontè ma lum et (invidiam) convertit ad odium*. Aliqui Rabbino rum, præter verbi consuetudinem, exponunt intransi tivè: *Convertit est cor eorum*, etc. DOLUM FACERENT, machinarentur, perniciosa molirentur occidendo in fantes, et nimis operibus patres opprimendo.

VERS. 26. — MISIT MOYSEM SERVUM SUUM, ET AARON, Exod. 3, v. 10 et 11, QUEM ELEGIT ad hoc munus, item ad sacerdotium. Nam quamvis fuerit Aaron de electorum sive prædestinatorum numero, tamen non loquitur de hoc electionis genere, simpliciter, sed *apud et*.

VERS. 27. — POSUIT IN EIS VERBA SIGNORUM, eos or navit vi et dono miraculorum. Actio istorum miracu lorum Mosi et Aaroni in Hebræo tribuitur: Posuerunt in eis (Israelitis) verba signorum suorum, id est, si gua à Deo ipsis imperata. Sept. propter explicatio nem maluerunt referre ad primum auctorem et cau sam, quòd miracula propriè fiant à Deo, ut juxta illud Act. 19, v. 11: *Virtutes non quasibet faciebat Deus per manum Pauli*, ne quis putaret suâ virtute eos, non divinitè isthæc edidisse. VERBA SIGNORUM, Verba in eorum ore, vel res in eorum manu posuit, quibus signa et prodigia ederet Exod. 7, v. 2. Vel hypallage, signa et prodigia verborum suorum, signa et prodigia ab ipso mandata et jussa posuit in eis, Mose scilicet et Aarone. TERRA CHAM, in Ægypto, ut supra, vers. 25.

VERS. 28. — MISIT TENEBRAS, triduanas, et aeris densitate et affectione horrendas, stupendasque adeò, ut palparentur, aeri mixtis caliginosissimis et cras sissimis terra vaporibus. Nona plaga, Exod. 10, v. 22. A quâ incipit per hysteron proteron. Libera enim est laudatio à lege narrantis et textentis historiam, inquit rectè Augustinus. ET OSCURAVIT, *vaiahahec*, et ob tenebravit, totam videlicet Ægyptum, præter locum Gosen, adeo ut coacti sint herere in suis regionibus per tres dies continuos, ac si illis essent affixi. Nam per stuporem non sunt facti libero membrorum motu et officio, adeo ut ne quidem ipsis esset integrum fa ces lucernaæ accendere, ad noctis caliginem depel lendum, quòd findere aeris densitate ignis non posset. Cujusmodi se expertum in oceano narrat Aben Ezra, vaporibus sua crassitie lumen extinguentibus, nec reacendi sinentibus. ET NON EXACERBAVIT, non agrè et difficulter perfecit Dominus. Hinc Hebræi: Non variavit, non immutavit, non irritavit, non in fideles et irritos fecit sermones suos, quos per Mosem Ægyptiis denuntiaverat. Nam fideliter eos implevit, immissis multis plagis et calamitatibus. Hebræa et Græca (in quibus tamen pro *et*, quia, legendum *et* est,

neque, ubi Augustinus docet variare) etsi pluraliter eum tunc, idem tamen pollut, iuxta interpretationem R. Eleazar et R. David: *Et non variarent sermones eius*, plaga scilicet, vel signa et prodigia, de quibus loquitur vers. 27, q. d.: Signa et prodigia non variarent verba Dei, sed fideliter venerunt super eos, prout ipse dixerat. Signa illis ad Dei mandatum per Moysen et Aaron edita apparuerunt. Hæc illi, contra scilicet, qui deteriora perpetuo eligunt, ut quoquo modo possint nostram editionem carpere. Unde hic quærun suppositum remotius: Et non variarent, Moyses scilicet et Aaron, sermones eius. Mandata Dei non detrectarunt, eis non repugnarunt, quocumque mitterentur à Deo proficiscentes, etiamsi comminaretur Phario. Exacerbare autem Septuaginta solent accipere pro variare, detrectare, repugnare, amaro et acerbo animo facere, ut *marah*, et *marur*, sicuti voce finitima, ita eam significatione. Gall.: *N'a pas fait à regret ses paroles, ses promesses ou menaces*. Fortassis etiam Septuag. immutaverunt numerum, quod putarent in fonte esse mysterium sanctissime Tridatis. Nam non video cur non possit esse plurale pro singulari: Non exacerbaverunt sive variarent (Pater, Filius et Spiritus sanctus) sermones suos, pro, non exacerbavit, sive variavit (Dominus Deus); quod isti ad mysteria obtusi non percipiunt. SERMONES SUOS, promissiones suas, factas videlicet Mosi vel Abraham, ut infra vers. 42, non variavit, neque acerbè, sive agrè præstitit.

VERS. 29. — CONVERTIT AQUAS EORUM IN SANGUINEM, Exod. 7, v. 16. Prima plaga veris tempore vertit aquas eorum tam marinas et fluviales quam puteanas, fontanas et alias, in sanguinem, ut sit cruciarentur, et alius aquæ usibus privarentur. Potore etiam et labe aquarum extinxit illorum pisces, ut et cibi penuria laborarent. Nam Ægyptus his magnâ ex parte vivit, Num. 11, v. 5 et 22. PISCES EORUM, quibus vescabantur ad delicias et gratis, id est, nullo vel vili pretio propter copiam et multitudinem. Earum etiam verti possit, aquarum videlicet. *Main* enim est masculini generis.

VERS. 30. — EDIDIT TERRA EORUM RANAS. Secunda plaga, Exod. 8, v. 5, ad eos in corporibus vexandos et cibis. Nam intra furnos et cibos se rane inserant. Edidit, produxit ranas magnâ copâ, ibid., v. 6. Alii qui non putant esse vulgares ranas, sed venenatas et horrendas, quales sunt rubra, buffones. Alii etiam, ut refert Aben-Ezra, crocodilos è fluvio exeuntes et homines rapientes, Arabicè, *altam sub*. Atqui, inquit, *tsophardchim*, vulgatas ranas in fluminibus et rivis coaxantes significant, Gallicè, *grenouilles*, ut R. Seiom. Gallus exponit. Deinde in his magis elinect Dei digitus, potentia, iudicium, nec minus clara, ut loquitur Plinius, lib. 8, c. 29, Hist. natur., *critii documento, sunt è contemendis animalibus, ut cum à cuniculis suffossum in Hispaniâ oppidum, à talpis in Thessaliâ, à ranis civitas in Galliâ pulsa, ab locustis in Africâ, à muribus incolæ ex Cyano Cycladum insulâ fugati, in Italiâ Amyclæ à serpentibus deleta, à scor-*

ponibus et solpings gens Æthiopiæ circa Cynamilga sublatâ, à scolopendris Otricretes abacti. Atque hæc altheus contra istos qui omnia è communibus rerum naturis metiuntur, et vocabula per vim ad suam perfidiam trahunt. IN PENTRALIBUS, in cubilibus; non solum in vulgi domibus, sed etiam regum palatiis et cubilibus interioribus, Exod. 8, v. 2. *Ascendit è fluvio rana in penetralia quæque Pharaonis et Ægyptiorum, non reformidans strictos custodiam et militum enses, nec mortem ipsis à satellitibus intentatam*, inquit R. Jacob, è vetustis traditionibus. Quod miraculum hic canit David, à paucis observatum. Nempè ranas è fluvio ingressas *bahadar mishachbea, vexal mithatheca*, in secretis cubiculum, et super lectum Pharaonis, inter medios enses, per medias custodias, itemque januas et fenestras clausas, non in illis locis interioribus per putredinem natas, haud dubiè per penetrationem dimensionum, à quâ tantoper abhorret Calvinista, vel majore alio miraculo illis è fluvio currentes et perumpentes, per quod etiam implebant illorum furnos, panaria, cibos quantumcumque clausos et septos.

